



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentariolus De Arte Apodemica, Sev Vera Peregrinandi Ratione

Pyrckmair, Hilarius

Ingolstadii, 1577

VD16 P 5423

Auctor Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30372

Auctor Lectori S.



VID EST, Humanissime Lector, si me in ijs rebus, in quibus nō minimam ætatis meæ partem transegi, aliquando aut exerceam, aut ingenij qualecunque τέχνης edam? Iam quidem decennium agitur, quòd relicta dulcissima Patria in hoc mundo, tanquàm erumnarum ac miseræ pelago, variè iactatus fuerim. Quoties verò, vt apud Virgilium Iuno Æneæ, fortuna mihi in hac mea nauigatione diras non solùm imprecata sit, sed etiam tonitrua, fulgura, coruscationes, imbres, ventorumq; aduersos flatus & similia excitaerit, libello vix includere possem.

Illi

Illi certè mihi faciliùs fidem ha-
bebunt, qui simili modo in hoc
mari magno & spatioso remigã-
runt, vel adhuc remigant. Utigi-
tur Meccœnates & Patroni mei,
qui me & nauiculam meam mul-
toties ferè submersam & vndis
dissipatam, pietate, munificen-
tia, liberalitate, omniq̃ue officij
genere refarserunt, imò sæpius ab
ipso naufragio liberârunt, ali-
quando nauigationis meæ fru-
ctum, honorem, aut quippiam
tale caperent, has merces meas
pro ratione industriæ & faculta-
tum mearum comparatas, hoc
brumali tempore, quo nautę ple-
runque in portu hæere solent,
venales exponendas esse censui.
Accede itaque humanissimè Le-
ctor & mercare, non quidem vt
sõliti sunt pyratae, qui in sinu A-
driatico (idq̃ue sæpè in littore &

A 4 portu

portu contingit,) non Venetorum, aliorumque merces rapiunt solum, sed etiam ipsos nauium Dominos aut interficiunt, aut aspero seruitutis iugo subijciunt. Talis emptor hasce merces meas relinquat illis, quorum gratia comparatae sunt.

V A L E.

COMMEN.

D
VI
pra
ωο
χεν
ωα
ωε
ωο
de
peo
Tas
pige
pere
uti
tore
grat